



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

Cap. I. Quid & quotuplex Gratia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

36. Operatur quis cum dubia conscientia, an actus sit peccatum mortale, vel veniale: & proponente illum uti malum in confesso: quodnam piaculum est? Afferit Vasquez 1.2. d. 59. c. 3. n. 10. esse mortale, etiamsi postea esse veniale comperiatur;

Vasq.

Valent. quia voluntas, dum non examinat, vult illud perpetrare, qualemque sit. At Valentia tom. 2. d. 2. q. 14. p. 4. contrarium affirmit; quia velle malitiam in genere, est velle malitiam, quae non excedit veniale; si enim excederet, haud esset veniali & mortali communis.

37. An in dubiis tutior sit pars eligenda? Regula est Iuris, quae habetur in cap. iuuenis, de fponsal. Tene certum, & dimite incertum. At non continet præceptum, sed consilium. Palao

Palao.

Becan.

tom. 1. d. 3. part. 6. n. 4. Porro Becanus 1.2. tract. 1. cap. 4. q. 9. n. 4. putat procedere in dubio practico, non in speculatio; quia non obstante dubio speculatio de iustitia cambij (v. g.) peculiari alicuius, possum ipse formare iudicium practicum moraliter certum, me posse illud efficere, eo quod hic & nunc licitum mihi est secundum probabilem opinionem speculatiuam operari.


38. Dubium, quisnam è duobus pater sit alicuius illegitimi: quid prestandum? Vterque alere illum tenetur. Renuit alter, aut nequit. Non tenetur alter in integrum. Azorius

Azor.

tom. 2. lib. 2. cap. 19. que. 8. Ratio est, quia illegitimus ius contra utrumque non habet. Vasquez sic 1.2. dist. 66. cap. 8. n. 48.

Vasq.

Addit Salas 1.2. tract. 8. d. unic. sect. 24. n. 248. matrem aliquid plus exigere posse à nobiliōri, & ditioni, qui scilicet meliora alimenta præstare deberet, si certus esset, esse suum.



EXAMEN IV.

Circa materiam de Gratia, & Merito.

CAPUT PRIMUM.

Quid, & quotuplex Gratia?

I.



VID N A M Gratia? Donum superadditum naturæ gratis à Deo homini collatum merito Christi.

Quotuplex Gratia? Triplex. Prima diuisio sumpta ex diuerso modo existendi, quem habet in homine, est in habitual em,

tualem, & actualem. Secunda desumpta ex fine propter quem
conferitur, amplectitur gratiam iustificationis, & gratiam gra-
tis dicitur sumpto nomine generis pro specie. Tertia est per
habitum ad voluntatem nostram, & dividitur in prae-
nientem, comitantem, & subsequentem.

habitum

C A P V T I I .

De necessitate Gratiae.

2. *E*stne Gratia homini lapsi necessaria? Ita planè. Porro
necessitas Gratiae respectu hominis lapsi considerari
potest tum in ordine ad cognitionem, tum in ordine ad
actionem.

3. *Quād est necessaria ad cognitionem?* Quæcunque veritas
naturalis cognosci potest absque peculiari gratiae auxilio, siue
sit speculativa, siue practica; at supernaturales veritates egent
auxilio gratiae, & etiam theologicae.

4. *Quād est necessaria ad actionem?* Inter extremas Pelagij & Lutheri sententias pro hæresibus damnatas, ex quibus
ille sine gratia posse hominem omnia bona opera tam mora-
lia, quam supernaturalia facere: hic verò nullum omnino
bonum opus absque gratiae auxilio fieri posse asserebat: me-
dia Catholica veritas constituenta est gratiam esse simpliciter
necessariam ad opera requisita ad salutem: & in homine
etiam peccatore bonam aliquam operationem esse posse, quæ
peccatum non sit. Hinc primò, assero hominem lapsum solo
Dei generali auxilio bonum aliquod opus moraliter facere
posse; vt autem tale opus ad iustificationem conferat pecu-
liaris Christi gratia præterea necessaria est. Secundò, hominem
lapsum sine Christi gratia non posse diligere Deum su-
per omnia, neque ut finem supernaturalem, neque ut finem
naturalem. Tertiò, hominem lapsum legem totam naturalem
seruare non posse, nec quoad modum, nec quoad substantiam,
absque gratia Christi. Quartò, ad seruandam totam natura-
lem legem, multo tempore, præsertim verò per totam vitam
habitualē gratiam requiri. Quintò, hominem lapsum abs-
que speciali auxilio tentationi alicui posse resistere, graui au-
tem nequaquam, & multo minus omni. Homo vero iam iu-
stus absque speciali auxilio opera aliqua bona moraliter age-
re potest; ad longum tamen tempus, aut usque ad vitæ finem
in bonis operibus perseverare absque speciali gratia non po-
test.